



Informazioni su questo libro

Si tratta della copia digitale di un libro che per generazioni è stato conservata negli scaffali di una biblioteca prima di essere digitalizzato da Google nell'ambito del progetto volto a rendere disponibili online i libri di tutto il mondo.

Ha sopravvissuto abbastanza per non essere più protetto dai diritti di copyright e diventare di pubblico dominio. Un libro di pubblico dominio è un libro che non è mai stato protetto dal copyright o i cui termini legali di copyright sono scaduti. La classificazione di un libro come di pubblico dominio può variare da paese a paese. I libri di pubblico dominio sono l'anello di congiunzione con il passato, rappresentano un patrimonio storico, culturale e di conoscenza spesso difficile da scoprire.

Commenti, note e altre annotazioni a margine presenti nel volume originale compariranno in questo file, come testimonianza del lungo viaggio percorso dal libro, dall'editore originale alla biblioteca, per giungere fino a te.

Linee guide per l'utilizzo

Google è orgoglioso di essere il partner delle biblioteche per digitalizzare i materiali di pubblico dominio e renderli universalmente disponibili. I libri di pubblico dominio appartengono al pubblico e noi ne siamo solamente i custodi. Tuttavia questo lavoro è oneroso, pertanto, per poter continuare ad offrire questo servizio abbiamo preso alcune iniziative per impedire l'utilizzo illecito da parte di soggetti commerciali, compresa l'imposizione di restrizioni sull'invio di query automatizzate.

Inoltre ti chiediamo di:

- + *Non fare un uso commerciale di questi file* Abbiamo concepito Google Ricerca Libri per l'uso da parte dei singoli utenti privati e ti chiediamo di utilizzare questi file per uso personale e non a fini commerciali.
- + *Non inviare query automatizzate* Non inviare a Google query automatizzate di alcun tipo. Se stai effettuando delle ricerche nel campo della traduzione automatica, del riconoscimento ottico dei caratteri (OCR) o in altri campi dove necessiti di utilizzare grandi quantità di testo, ti invitiamo a contattarci. Incoraggiamo l'uso dei materiali di pubblico dominio per questi scopi e potremmo esserti di aiuto.
- + *Conserva la filigrana* La "filigrana" (watermark) di Google che compare in ciascun file è essenziale per informare gli utenti su questo progetto e aiutarli a trovare materiali aggiuntivi tramite Google Ricerca Libri. Non rimuoverla.
- + *Fanne un uso legale* Indipendentemente dall'utilizzo che ne farai, ricordati che è tua responsabilità accertarti di farne un uso legale. Non dare per scontato che, poiché un libro è di pubblico dominio per gli utenti degli Stati Uniti, sia di pubblico dominio anche per gli utenti di altri paesi. I criteri che stabiliscono se un libro è protetto da copyright variano da Paese a Paese e non possiamo offrire indicazioni se un determinato uso del libro è consentito. Non dare per scontato che poiché un libro compare in Google Ricerca Libri ciò significhi che può essere utilizzato in qualsiasi modo e in qualsiasi Paese del mondo. Le sanzioni per le violazioni del copyright possono essere molto severe.

Informazioni su Google Ricerca Libri

La missione di Google è organizzare le informazioni a livello mondiale e renderle universalmente accessibili e fruibili. Google Ricerca Libri aiuta i lettori a scoprire i libri di tutto il mondo e consente ad autori ed editori di raggiungere un pubblico più ampio. Puoi effettuare una ricerca sul Web nell'intero testo di questo libro da <http://books.google.com>

THESES PHILOSOPHICÆ
DE VNIVER-
SALIBVS:

5

QVAS
AVGVSTA VNDELICORVM.


IN AVLA GYMNASII
SOCIETATIS IESV

PRÆSIDE
WILI WALDO PANGER
EIVSDEM SOCIETATIS IESV

LOGICES IBIDEM
PROFESSORE
DISPVTA NDAS PROPONET
NICOLAVS VVIDEMAN
OBERMEITTINGEN-
SIS.

Ad diem Junij A. D. C. X.
M. DC. XXIII.

Hora prima pomeridiana.



Auguste Vindelicorum,
Typis ANDRÆE APERGERI.

¶S) X (S¶

THESES PHILOSOPHICÆ
DE VNIVER-
SALIBVS:


QUAS
AVGVSTA VINDELICORVM.

IN AVLA GYMNASII
SOCIETATIS IESV

PRÆSIDE
WILI WALDO PANGER
EIVSDEM SOCIETATIS IESV.
LOGICES IBIDEM
PROFESSORE
DISPVTA NDAS PROPONET
NICOLAVS VVIDEMAN
OBERMEITTINGEN-
SIS.

Ad diem Junij A. D. C. M.
M. DC. XXIII.

Hora prima pomeridiana.



Angustæ Vindelicorum,
Typis ANDRÆE APERGERI.

¶) (¶)

THESES PHILOSOPHICÆ
DE VNIVER-
SALIBVS:


QUAS
AVGVSTA VNDELICORVM.

IN AVLA GYMNASII
SOCIETATIS IESV

PRÆSIDE
WILI WALDO PANGER
EIVSDEM SOCIETATIS IESV.
LOGICES IBIDEM
PROFESSORE
DISPVTA NDAS PROPONET
NICOLAVS VVIDEMAN
OBERMEITTINGEN-SIS.

Ad diem Junij A. D. C. M.
M. DC. XXIII.

Hora prima pomeridiana.



Angustæ Vindelicorum,
Typis ANDRÆE APERGERI.


(S) (S)

THESES PHILOSOPHICÆ
DE VNIVER-
SALIBVS:
QUAS
AVGVSTA VINDELICORVM.

IN AVLA GYMNASII
SOCIETATIS IESV
PRÆSIDE
WILI WALDO PANGER
EIVSDEM SOCIETATIS IESV
LOGICES IBIDEM
PROFESSORE
DISPVTA NDAS PROPONET
NICOLAVS VVIDEMAN
OBERMEITTINGEN
SIS.

Ad diem Junij A. D. C. M.
M. DC. XXIII.

Hora prima pomeridiana.



Angustæ Vindelicorum,
Typis ANDRÆE APERGERI.

(S) (S)

EX SIC PROGR A M M A N I
ILLVSLRIS AC GENEROSI

D O M I N I

D. MAXÆMILLANI
FUGGERI LIBERI BARONIS
IN KIRCHBERG ET VVEIS-
SENHORN.

*Ad per honestum ac eruditum
D. Respondentem.*

IN medios dormire dies, & sole flagrante
Qui sueuit, nunquam, sic puto, doctus erit.
Recte, quod multa vigilaris lampade, miles,
Quem, Sophiæ, doctum prima palæstra tenet.
Nulla lucerna, vagas illustrat lumine mentes,
Plurima nosse cupis? plurima mente cape.
Sæpe voluta graui rationum pondere libra,
Volue, reuolute animo, sæpe voluta tuo.
Quid GENVS & FORMÆ quo DIFFE-
RAT ignis abundis,
Quid PROPRIVM cunctis rebus inesse queat.
Non ADIVNCTA tuis satis est sudata libellis
Si non sint animo sat bene nota tuo.
Affidet insano, qui non meditata, fugaci
Firmiter ingenio condere posse putat.

PERILLVSTRI AC GENEROSO
DOMINO
D. IOANNI ERNE
STO FUGGERO LIBERO BARONI
IN KIRCHBERG ET

Weyssenhor:

Dño in Polyveiler & VVeylerthal, Massmünster,
Bluemberg, Stettenfels & Hildtgardtsperg, Equiti Ordinis:
S. IACOBI del Espada. S. R. C. M. Consilatio & Camera-
rio &c. Domino ac Meconati suo
auanfocatissimo.

SEmpus est, Perillustris ac Generose Domine, Me-
canas liberalissime, tempus immò iam dudum
fuit, ut quam bene tot in me Perillustris domina-
tionis tue collocata promerita forent, publico aliquo, seu Virtus-
tis, seu Eruditonis specimine declararem. Turpe enim est, ne di-
cam impium, in referendis gratius cunctari accipientem, cum
dispensator beneficiorum, semper fuerit expeditus. Tametsi au-
tem priuata mea studia, & semper dilectissimum, ut quantum la-
boribus ac vigiliis in erudienda tua eximia indolis, & paterna
virtutis amula prole; quantum precibus & votis ad diu-
num Numen pro uerisq; plie religioseq; fuisse possem, nihil a me
desiderari unquam passus fuerim: priuata tamen ea fuere tan-
tummodo, & talia, quae cum vulgo non constarent, quires ocu-

Et magis, quodam animo arbitari solet, ingratu, tantisque, beatis
ficiis indignus possem videri. Quapropter ut tibi aliquando,
Perillustris ac Generosae Dne, Meccenas liberalissime, cum tem-
poris inter studia litterarum tuis pricipue sumptibus exacta ra-
tionem redderem : cum ut indicem aliquem, refiriq; mea in
Perillustrem ac Generosam Dominationem tuam obseruantia
posteriori relinquerem, has De Vniuersalibus, ut Diale-
ctici loquimur, Positiones, tuo nomine, dicendas, inscriben-
dasq; existimauis: idq; eò feci libertinus, quod nossem, Te non mo-
dò doctos amare homines, sed et libros: inter quos, licet graui-
fissimis discentiis negotiis, tam a fiducie versaris, ut si illustre fa-
milia tua decus tibi decesset, à litteris et sapientia, illustris satis
atq; ornatus videres. Quod ipsum sane argumento mibi
non exiguo esse solet; Te hanc meam, pro tuo in litteras, lite-
ratosq; affectu qualemcumq; officii declarationem aqui boniq;
fabiurum: presertim cum neq; me explorata tot iam annis ex-
plicatißima manus tua benevolentia ac liberalitas hac super re
dubitare sinat: neq; te officia mea, quamvis exigua, nouo hoc c
debita obseruantia monumento ac studio declarata, possint fal-
lere.

Perillustriac Generosæ

DOMINATIONI TV

Obstrictissimus Cliens

Nicolaus VVideman.

Cum

C V M de natura vniuersalium tam in genere
quam in specie, non vulgaria sancè quæsita, i
discepcionem veniant: ideo & nos in proposito
nostro disputationem de ytroq; ordiemur; ita vi
primo ad vniuersale in Communi, deinde vero ac
ciusdem species descendamus.

P A R S P R I M A
De Vniuersaligeneratim sumpto:
T H E S I S I.

VNIVERSALE aliud est in causando, plures effectus
causans: aliud vero in significando, & representando,
qualiter cometa plures morbos prænuntiat, & imago
plures homines representat: deniq; vniuersale aliud est
in essendo, & prædicando, illud quidem quod sit in plu-
ribus, hoc vero quod de iisdem prædicetur, prædicari e-
nim, iuxta philosophum, ad inesse sequitur, & hoc vel
maxime huius loci est. Dari autem hoc vniuersale, tum rerum vocabula
essentiis in communi spectatis indita, tum etiam passiones de vniuersali
scientiarum subiecto illatae demonstrant.

I L

Quando definitur Vniuersale ab Aristotele 7. met. t. 45. tum quiddi-
tatiuè, id quod pluribus inesse; tum descriptio, id quod de pluribus predica-
ri natura est; potentiam non actu significari planum est. Porro cum v-
niuersale & vniuersalitas utpote secund intentionis vocabula, secundam
intentionem obiectuam logicati significant, & aliud vniuersalitatis ma-
teriale, aliud formale significatum sit; iure merito dubitatur, que nam ad
utrinq; rationem pertineant, qualisq; intellectio sit, ad vniuersale forma-
ter constitucendum requisita.

Quare de materiali vniuersalium substrato (quod nos naturam aliquam, non qua singularem, sed quæ in his existat, vnitatem formalis vnam, statuimus) Heraclitus quidem, & Gratilus *Aristot. 4. met. r. 2.2. teste*, cum cætero Epicureorum grege, ita senserunt, vt illud inter figura, & entia rationis retulerint: quorum opinio suamet improbabilitate conseputa, iacet. Quibuscum ex aduerso, eximius cætera philosophus Plato ita depugnat, vt in alterum extremum delapsus existinet, Ideas quasdam vniuersales, extra omnia omnino singularia, vel in concau Lunæ, vel alio quoipiam ignoto loco existentes, ad scientias, & rerum generationes ab interitu vindicandas, dari: cui sententia èd quod impossibilis contradictionem implicit neq; Aristoteles, neq; nos subscribimus.

Inter quos medium sibi tenuisse videntur nominales, qui neglegit ębus, nomina mentalia, vocalia, & scripta inter vniuersalia recensuerunt, & perperam tum conceptus, tum etiam propositiones formales tantum, reiectis obiectiis agnouerunt; cum formales omnem suam veritatem ab obiectiis desumere constet, & accedat insuper quod nulla nomina (iuxta ordinarium rerum statu) vniuocè & diuisim de pluribus praedicari queant, adeoq; hoc ipso vel maxime ab vniuersalium natura degenerent, & compositionibus ad vniuersalitatem participandam requisitis, destituantur.

Triplex à Porpyrio de vniuersalium naturis mouetur quæstio: 1. genera & species consistant in nudis animi notionibus nec ne? 2. si consistant in rerum natura, corporea sint, an incorporea? 3. in sensibilius ne an extra illa separatum existant? dicendum est, genera & species mera figura & terminos non esse; deinde partim corporea, partim corporis expertia esse, imò quandoq; ab utroq; abstrahere: deniq; prima tria vniuersalia, realiter à suis interioribus sibi essentialiter subiectis, distingu non posse; posteriora vero duo, realiter quidem à prædicationis subiecto numquam, emanationis tamen, & inhesionis (quorum respectu 4. & 5. vniuersale constituunt) realiter etiam differre.

Vt res vniuersales fiant, ac sint, duæ Conditiones, vnitatis numerum, & aptitudo exiguntur: Illa iuxta triplicem rerum statum trifariam se habet; in statu enim realis existentia numeralis est, in statu obiectivo & intentionali, vniuersalis, in solitudinis demum, & essentia statu, formalis est;

pro varietate autem statuum varia naturis prædicata quoq; competunt; & in primo quidem acciden^tia communis, ut esse musicum album. Sec. in 2. verò logica, & secundo intentionalia, in tertio deniq; essentia huius tantum, & propria seu necessaria.

V I I.

Vnum in concreto ex mente Aristotelis s. met. c. 6.t.1 l. idem denotat, quod indivisiū, vniuersum inquit ea que diuisione non habent, ex ratione quoniam habent vnum dicuntur; unitas autem in abstracto, idem est quod indivisiū, describiturq;; negatio diuisione: ac proinde si latè & impropriè capiatur, negatiuum nomen est, si strictè ac propriè priuatuum, connotans aptitudinem diuisione insubiecto apto. Vnitas verò quantum prepositum nostrum concernit duplex est, alia concepsus formalis, alia obiectiva, illa rebus extrinseca est, hæc intrinseca & quadruplex; numerica, specifica, generica & analogica: quarum posterior ad primam philosophiam pertinet, priores autem communiter in materialem, & formalem tribuntur: materialis in abstracto, indivisiū in principia indivisiū dicitur, & alterius scientiæ est.

V I I I.

Vnitas formalis abstractè sumpta, est indivisiū rei communis in predictis essentialibus: quare in concreto vnitate formalis vnum sunt, quæcunq; diuisione quoad differentias. & prædicata formalia non habent; cui proinde sola diuisio quæ per eadem prædicata essentialia fit, opponitur. Quemadmodum autem cuiusq; rei plura prædicata essentialia dari solent, magis, minusq; communia, & penè propria, ita etiam varia rerum vnitatis, & diuisio formalis est. De hac porro vnitate quæritur: 1. quidem negatiuum ne, an priuatiua sit? 2. quantum à numerali differat? 3. an ut sic aliquo modo pluribus à parte rei vna & communis sit? 4. an ad vniuersalitatem sufficiat.

I X.

Quod ad primum attinet, tam numeralis quam, formalis vnitatis materialiter & formaliter spectari possunt: ac priore quidem modo sumptæ reale quid sunt, & ab ente quod afficiunt non discrepant, quamvis postiore ut negatio eidem superaddita different. Ex quo colligas utramq; negatiuum esse, cum nullam ad diuisiones à se negatas aptitudinem habeant; scilicet vnum quamvis idem re ipsa cumente sit, conceptum tamen ratione ratiocinata diuersum à conceptu entis habere: nam aliter, atq; aliter concipiimus vnum ut sic, & ens ut ens, alioqui enim ratio non esset cur ens nitatis subiectum, hæc verò eiusdem auctoriparetur passio.

X.VII

Vnitatem formalē à numerali ex una parte in quibundam differe,
et altera verò conuenit indubitate est, differe statim in his: quod hæc à
differentiis individuantibus, illa à specificis & genericis desumatur; dein
quod hæc diuisiōnem in numericis, illa in essentialibus prædicatis neget;
deniq; quod hæc nullam in differentiis inferioribus diafōnēt, illa autem
prout in communioribus, aut minus & communibus prædicatis constituit;
ita plures aut pauciores infra se diuisiones patiatur. Conuenit autem
1. quod ex natura rei non distinguantur. 2. quod entia per utramq; omni-
modam (certi ordinis ac generis) individuationem nanciscantur. 3. in hoe
quod sicut vnitatis numeralis alterius rationis diuisiones à se minimè nega-
tas compatitur, ita etiam formalis diuisiones si non oppositas, maximè
verò individualem non respuat. sed adimitat.

XI.

Circa tertium quæsitum cum Aristotele, & probabiliore multorum
sententia sic in primis statuimus: Individua eiusdem speciei, sicut & spe-
cies eiusdem generis non ita inter se differre individuantibus, & specificis
differentiis, quin etiam à parte rei, ante omnem mentis operationem, quo-
ad prædicata formalia & differentias speciales seu generales conueniant,
et q; vnum idemque sint: vniuersim enim quæcumq; diuisionem non ha-
bent, sub ea ratione qua non habent vnum sunt; vt definitione Aristoteli-
ca, vnius & vnitatis s. met. t. II. constat: nam omne ens individuum est v-
num, & omne vnum reciprocè ens individuum est. Tum quia eodem t. 20.
ibid. authore relatio identitatis in vnitate duarum substantiarum fundata
est: *eadem sunt*, inquit, *quorum est una substantia*; hæc verò vnitatis alia-
præter formalem esse non potest: non materialis, cum secundum illam
duo eiusdem speciei individua differre potius, quam conuenire manifestū
sit, sed neq; vnitatis præcisionis fundamentum relationis realis, qualis hæc
esse assertur, statui poterit.

XII.

Quare alienam à veritate opinionem sequuntur ii, qui relationem
identitatis in vnitate, & naturæ conuenientia fundari concedunt quidem,
nihilominus tamen vnitatem formalem penitus negant & eliminant; cum
hæc ipsa conuenientia nil aliud esse quam vnitatis formalis videatur. Sed
neque platiorem ingrediuntur viam illi, qui vt vnitatem formalem agnos-
cent, ita concedunt tot esse numero distinctas vnitates formales, quot in-
dividua: si enim pro multitudine individuorum vnitates formales multi-
plicatae.

plicatae in quois diversae sunt, tantum abest ut relationem identitatis fundare queant, ut etiam diversitatem potius causare intelligentur: neque enim secundum illam unitatem dico idem & similia, secundum quam plura ac diversa sunt; atqui ex concessis, & hypothesi Socrates, & Plato, quoad formalem etiam unitatem spectati, plures ac diversi sunt (qui enim pecuniam, & ab alterius unitate formalis, sicut & ab individuali distinctam unitatem formalem fortius est) ergo secundum illam non sunt idem, aut similes, quod plane absurdum est.

X III.

Probabilius igitur est, relationem identitatis in unitate formalis, inter eiusdem speciei individua, & eiusdem generis species essentialiem individuationem causante, fundari. Neque obstat praedictam unitatem materialiter, identificari, immo etiam cum numerica eodem multiplicationis genere dividendi, modis formaliter individua maneat: sed neque tritum axioma illud contra hanc penetrabile telum est; quæcunque sunt eadem vni tertio sunt eadem inter se, cui efficaciam suam in iis concedimus, quæ re & ratione, non re tantum idem sunt. Denique vniuersale formaliter à parte rei (verum quidam cauillantur) ex nostra sententia non existere vel ex eo constat, quod non quæcunque unitas ad id sufficiat; Esto enim natura una, & individualis in pluribus realiter sit, absolute tamen & simpliciter per inferiora, in mentis præcisionem divisa, & multiplicata est: sed & aptitudine, ut in pluribus existendi debita destituitur, cum haec illi per intellectus actionem congruat, & relationem rationis quæ secunda intentio dicitur nuoluatur.

X IV.

Ex quibus ita disputatis, primum est colligere, quæ nata illa ad unitarissalitem requisita sit unitas; non alia videlicet quam formalis: in quo sursum ab eorum discrepamus sententia, qui rationis quadam inservient unitatem (præcisionis à suis authoribus dictam) communiscuntur, & erunt unitatem (præcisionis à suis authoribus dictam) communiscuntur, & itiosius quibusdam consequentiis, ad struere conantur. Contra quos proinde statuimus hanc ipsam unitatem formalem præcisè consideratam proximam vniuersalium fieri, ab omni multiplicatione abstrahi, & aptitudinem vniuersalibus sufficiepter debitam in dipisci, iusque optimam unitatem præcisionis dici, nec alterius præterea unitatis adveniencie ad vniuersale formaliter constituendum indigere, vel utri.

XV.

Par conditione reliquias etiam eos, qui vniuersalitatem conceptus abstractiui pro vniuersalium vnitate agnouere, quia ut hæc non simpliciter necessaria, ita etiam insufficiens est, præsertim cum essentia rerum, iuxta S. Thomæ sent. per species intelligibiles representari queant. & multitudinem etiam conceptuum rerum vniuersalitati nihil officiat: quod autem insufficiens sit, ex eo colligas, quod Extrinseca tantum sit, & analogis quoque conueniat, nisi causaliter cum quibusdam abstractiuum conceptum intentionem vniuersalitatis vocare malis, eò quod sit fundamentum proximum, & maximè necessaria ad vniuersalitatem conditio.

XVI.

Ex Parte intellectus ad vniuersale formaliter efficiendum (quidquid sit de speciebus intelligibiliis) necessaria est saltem ea cognitio, quam abstractiua dicimus, eaque incomplexa, de qua axioma illud Aristoteleum a. phy. t. 18. accipiendum est: *abstrahentium non est mendacium*. Fundamentum huius abstractionis partim in re, partim in intellectu constitut, in re quidem si inter duo actualis, aut virtualis distinctio intercedat, in mente autem, quia rem inadæquate concipimus: quare pro varietate rerum coniunctarum abstractiones quoque earundem variantur; & quia hæc per non considerationem fit, ab utroque contrariorum possimus abstracthre.

XVII.

Natura abstracti potest ab omni cunctiuo singularitate reali, non item intentionali, & obiectiva: ratio prioris est, quia iuxta Aristot. 1. post. t. 39. datur natura præter quasdam particulares, & singulares naturas, quæ alia esse non potest quam abstracta à singularibus: ratio posterioris est, quia natura in abstracto etiam est, & determinatum quid est, hoc & non aliud, & distinctum quid ab omni alio, ergo etiam ut sic singularitatem aliquam participat, non realem, ab hac enim ex hypothesi præscinditur, ergo intentionalem: neque tamen ut sic per absolutam etiam potentiam produci poterit, cum productio realis ad realem terminetur existentiam, præcio vero ad obiectivam, & intentionalem, cuius intuitu multa non implicant, quæ tamen respectu prioris impossibilia sunt.

XVIII. Quia

XVIII.

Quia Aristoteles in definitione vniuersalis ordinem ad multa per aptitudinem exprimit, & haec ipsa ad eius formalitatem ex parte rerum concurrit, & potissimum in questionem reuocari possunt, 1. utrum realis sit nec non? 2. primae an secundae intentionis? 3. positiva an negativa? 4. in quo nam statu essentiis & naturis rerum conueniat? Quoad 1. igitur aptitudo haec physica, & realiter ab actu suo essendi & praedicandi de multis distincta non est, quamvis in hoc cum eiuscmodi potentis consentiat quod sicut illae ita & haec subiectum seu naturam aliquam, & terminum ad quem referatur, inferiora numerum, includat: Ex quo alterius quoque resolutio plana est, haec ipsam videlicet secundo intentionale praedicatum esse, cum adaequatè sumpta more aliarum secundarum intentionum obiectuarum, pro materiali significato naturam aliquam formali vnitate vnam, & relationem ad particularia denotet.

XIX.

Sunt qui aptitudinem in remotam & proximam diuidant, qui si per remotam nil aliud, quam non repugnantiam quandam, sive ut alii malunt, negatiuam aptitudinem, & per proximam positivam hanc à nobis relatam, intelligant, audiendi sunt: si vero per vitramq; positivam aliquam, aut remotam ad vniuersalitatem sufficere sentiant rejiciendi sunt, quia aptitudo haec materialiter naturam, & formaliter relationem rationis id inferiora significat, adeoq; non in negatione sed positivo, aliquo rationis consistit. Assignatur porro haec aptitudo congrue dictis nostris, nature in statu existentiae obiectuus tantu; non in statu soliditudinis, cum magna ex parte secundo intentionale, & contingens praedicatum sit; cum quaque in individuis quoq; inesse, tum quia alias nec vla natura, ne per accidens quidem, in uno singulari spacio esset existere; quod enim per se aliquid conuenit, eius oppositum ne per accidentis quidem conuenire potest: non in statu existentiae realis, cum in eo naturae ita per differentias individuantes determinatae sint, vt per nullam potentiam, vel in uno alio, ne, dum in pluribus individuis existere possint: restat igitur ut rebus in statu praedito conueniat, praesertim cum pro fundamento proximo præcisionem intellectus, in statu obiectuo reperti solitam, depositat.

XX.

Relatio vniuersalitatis, formale aptitudinis significatum, realis non est

est, siquidem rebus ante mentis operationem non tribuitur; sed cum sit secunda intentio, profundamente remoto naturam formaliter vnam, proximo intellectus praecisionem requirat: In qua ab aliis secundarum intentionum logicarum relationibus partim discrepat, et quid illæ, cum à quibuslibet rebus, tum à quavis intellectione (est乎 praeclusa non sit) fundari possint; hæc autem virumq; non nisi in certo genere admittantur, partim vero conuenient, quod sicut illæ ad actualitatem sui existentiam comparatiuam notitiam exigat: hæc enim illa notio est, quæ relationis subiectum habitudine ad terminum suum cognoscitur, qui in proposito milia iudicium est quam ipsa inferiora, quæ vel natura generica vel specifica respicit: ex quo rursus colligas hanc rationis relationem tantum esse, ut portavimus extrema realiter idem sint.

XXL

De existentia tamen huius relationis, sicut & de fundamento eius proximo controvèrtunt inter se authòres: quidam enim ad vniuersale paratum conceptum exigunt, id est, quod sicuti pater formaliter talis non est, nisi quādū relatione paternitatis actu afficitur, ita etiam pars causa cum relatio formale vniuersali significatum sit, tale non erit nisi obnubiliter illam participet. Alii contra, in quorum & nos sententiam, concedunt, abstractam solumnotitiam, & utriusque fundamenti debitionem naturam pro hac denominatione sufficere arbitrantur: ea enim ex virtute suo more existunt, etiā ipsae relationes formaliter sua subiecta denomination; esto hoc discutimus inter reales & rationis relationes interierat, quod illæ his positis, absq; alia effectrice causa resultent, haec vero (caudentia rationis sint) ad obiectuum sui existentiam insuper reflexioνe obiectu opus habeant, quoad denominationem tamen nulla carundem characteritas esse videtur. Ex quo demum testē deduxeris malè à quibusdam vniuersale in absolutum, & respectuum distribui, cum omne vniuersale formaliter sumptum respectuum sit.

xxii

Communis & recepta est illa. divisio, qua vniuersale in quinque
vulgatas species, iuxta totidem diuersos in pluribus essendi modos di-
stribuitur, et in multis gradibus, & diversis rationibus, & locis, & tempore, &
attributione, &c.

tribuitur genere nomen, sicut enim dicitur in libro primo de animalibus.
Quae divisione generis varietati sit in eis species. Si vniuersale in tantum esse
speciem, proprium est omnium, secundario autem seu connotativa,
materialis significatur includit: idem enim conceptus vniuersalitatis de-
finitionis de singulis cuiusdam speciebus in concreto acceptus essentialem est
predicatur: secus vero sententiam est si de materialitate huius loquuntur
cum enim diversorum praesertim categoriarum effectu vniuersalitatem de-
minatio conueniat, rebus vero diversis vniuersalem quid assignari non po-
test. Circa divisionem hanc aduersa licet, diuisum non esse immediatus
membrorum diuidentium genus sed subalternum; proxime enim in duo
genera tribuitur, vniuersale nimurum essentialiter, & accidentaliter a-
ptum inesse pluribus, & haec iterum subdivisione alia tum in genera &
species alias diuiduntur. Ratio autem huius subdivisionis est, quod pre-
dictarum relationum, & vniuersalitatum fundamenta non nisi species sub-
alterna conueniant, ac proinde etiam relationes, & vniuersalitates speciei
subalternae tantum fundent, ac constituant.

P A R T I I.

De Vniuersalibus in specie consideratis.

X X I I .



Enim ut variam nominis etymologiam admittat, non
logice spectetur quod posteriori describitur. Top. 24
id quod predicatur de pluribus specie differentiis: unde
quod quid est: definitum est genus secundo intentiona-
liter sumptu, natura enim genericā prout habet se-
cundā intentionē predicabilis est, ita ut natura inelli-
gatur esse id quod predicatur, secunda vero intentio
principium predicandi est vero. De genere porto sic definito tres orbita
difficulter. 1. virtutē natura sci distinguitur à differentiis per quas
contrahitur: 2. an per modum totius de speciebus predicetur necne;

3. an etiam & quonodo de individuis praedicabile sit? ad primum dictum illud ex natura rei à differentiis contrahentibus non distingui, sed ratiocinata tantum: ratio est, quia alioquin nulla, sicutem creata substantia, etiam angelicus simplex dicenda foret: tum quia aliás possibile est animal à parte rei ad nullam speciem determinatum, & denique idem prorsus absurdum sunt: Nequetamen inde, ut quidam obiiciunt, deducitur, idem fore conuenienti & distinguendi principium; quia licet animal & rationale idemnam conueniant, formaliter tamen conceptu cum fundamento in plurimum discrepant.

30. Etiam si nūt illi obiiciuntur **XXIV.** nos. 33.

Pro altera difficultate, quæ ex doctrina Porphyrij c. 2. de specie originem trahit, supponendum est ex Aristotele 5. meta: t. 31. duplex esse totum, actuale, & potentiale, atq; illud eiusmodi constare partibus de qui si totius realitatem non contineant: hoc vero è contra omnibus inferioribus suis in recto atque ab aliis, id est quod à singulis quoad totam suam entitatem, participetur, & potentia omnes contineat. Quare cum genus diversimodè consideratum, tum rationem partis, tum etiam totius habere possit; concludimus non modo genera, sed vniuersim quæcumq; in recto verè de seminario praedita significari posse ut partes, sed ut tota: Esto enim genus totum actuale non sit, potentiale tamen esse nil obstat. Quandiuigitur Porphyrius citatio superioris loco assit, ipsiusdum rigitur à specie, & species à genere continetur; non de actu, sed potentia accipendus est; Et cum porro infert, *Genus enim est quoddam totum, individuum autem pars, at species & totum, ac etiam pars est.* Sic intelligas licet: Genus summum potum, potentiale quidem esse, non vero partem, cum sub se plures species, illud autem sub nullo contingatur; Genera vero subalterna ad suas species relata tota potentialia, ad superiora partes duntaxat esse: Individuum deinde non nisi partem potentialem esse; speciem denique superiorum intuitu partem, inferiorum tamen respectu totum potentiale esse. Quod si de topo actuali metaphysico loquaris aliter ratiocinandum est: Nam individuum totum actuale, pars tamen actualis non est; Genus autem summum vice versa pars actualis, totum tamen non est; species denique inferiorum respectu pars, ad genus autem & differentiam collata totum actuale pariter est.

XXV. De

XXV.

De tertio denique quæstio sic definimus: Genus quia tale non minus de numero, quam specie differentibus dici; tum quia vel diversarum specierum individua respicit, & res extra controuersiam est, vel eiusdem speciei, & ut sic aptitudinem saltem ad alterius quoq; speciei individua retinet, quod ad prædicationem genericam sufficit. Quamuis non improbabilis etiam sit illorum sententia, qui generis naturam in eiusmodi prædicationibus prædicari quidem concedunt, modum tamen prædicandi specificum esse contendunt. referunt genus vna, & eadem relatione ad speciem tanquam primarium, & individua tanquam secundarium terminum potest etiam materialiter, & physicè acceptum in vnica specie, sicut species in uno individualiter, & formaliter atque pro sentientium censemus.

XXVI.

Species iuxta duplē respectū ad genus, & individua in subiectibilem, & prædicabile recte distinguitur, & bifinia definitur: sed quod subiectur genus; & id quod de pluribus solo numero differentibus in eo quod quid est prædicari aperte est: priore acceptione vniuersale nō est; posteriorē vero & vniuersalē quid est, & secundū prædicabili constituit. Quæ diuisione nequaquam genera vniuoci est, cum membra diuidentia formaliter plurimum differant, & ob respectus valde diversos, formaliter diversas species, quarum vna nos sit, & conceptu alterius, nec contra, efficiat. Accedit insuper non omnis speciem prædicabilem simul, & subiectibilem esse; quia licet in specie infinita vtrumque separata, absolutè tamen loquendo, hæc duo connexio- nem necessariam non habent, vt exemplo speciei subalterna manifestum est: Quapropter hæc quoque eius diuisione in subalternam, & infimam seu specialissimam est in membra plus quam accidentaliter differentia, adeo enim differunt, vt sola species infima, vniuersale constituat.

XXVII.

Neque obstat illorum sententia, qui speciem subiectibilem quā talentū vniuersalem faciunt, has potissimum ob causas 1. quod de hac & illa subiectibili prædicabilis sit: deinde quod essentialiter, & vniuocē contingatur sub vniuersali, eiusq; essentiā, quā talis, participer: denique quod naturam abstrahit & à conditionib; suis individuquantib; liberat, & per consequens vniuersalem inferat. Respondetur enim & ad 1. eo plus non probari quād vniuersalitas sic considerat̄ conueniat quidem, sed deno-

denominatiuē tantum & accidentia, sicut & homini esse speciem: Ad alterum vero concedendo speciem, sicuti omne inferius, c^{on}sentialiter par-
ticipare rationem sui superioris, negando tamen id fieri in quantum sub-
iicibilis est: Ad 3. quenque speciem subiectibilem pro materiali importare
quidem naturam à differentiis individualibus liberam, adeoque vniuer-
salē, hanc tamen vniuersalitatem à secunda subiectibilitatis intentione
nequaquam proueniens; sicuti neque latus dulcedo ab albedine prouenit,
est hoc pro diuersa harum qualitatum denominatione dulce, & album sit,

XVIII.

Individuum secundo intentionabitur acceptum definitur esse id quod
de uno solo praedicabile est, & more omnium connotatiōrum quandoq;
materialis significati appellationem habet, vt cum dicimus individuum
esse substantiam, aut accidens; quandoq; vero formalis vt cum dicitur
Socratem, hanc vel illam substantiam esse individuum. Quemadmodum
ergo ad vniuersale formaliter comprehendendum, natura formalis vnitate v-
na, & abstractua intellectus cognitio requiriatur, ita conuerso ad hanc
formalitatem natura numerali unitate vna, & concretismentis conce-
ptio exigitur. Quia verò individuum ab omni modo individuali divisione dici, &
in hoc multum à genere, & specie distinguuntur, diligentet aduentus
dum est, illam tantum multitudinem eidem repugnare, quae eius individu-
ationem seu unitatem tollit, adeoque plura ex uno individuo facit; nos au-
tem quancunque in multis, siue per identitatem, siue per vniōrem ex-
istentiam: Essentia enim & natura diuina in tribus personis per identita-
tem sine omni sui diuisione & multiplicatione est: similiter eadem nume-
ri natura humana multis suppositis vnit, unus numero homo, non mul-
ti homines forent, cum illa in multis existentia sine diuisione, & multi-
plicatione naturæ, vt supponimus, esset.

XIX.

Individuum duplex est aliud reale, aliud intentionale seu logicum: Illud
à parte rei ens est, hæcceitate sua, & differentia individuali affectum; hoc
præter naturam realē secundam intentionem vel subiectibilitatis, quatenus de se-
ipso identicē prædicabile est inuoluit. Aliæ autem prædicationes quibus
individuum tum in actu signato, tum etiam exercito prædicari solet, vt
cum dicimus hoc individuum est individuum, & illud individuum est in
individuum: & Petrus est individuum, & Paulus est individuum, in sensu
formali

formali de suppositione simplici recipiendas sunt; priores enim essentiales sunt & ad secundum praedicabile, posteriores vero accidentales & ad s. praedicabile pertinent. Praeterea individuorum aliud est proprio nomine expressum ut Petrus, aliud ex demonstratione ut hic homo, aliud ex hypothesi, ut Apostolus qui Christum negavit, aliud vagum & indeterminatum particularibus huiusmodi signis quidam, non omnis, non nemo expressum, de quo proinde litigant autores vniuersale sit, nec ne: aiunt, & negant; probabilius est vniuersale non esse, tum quia nullo signo vniuersali notari potest; tum quia non significat aliquam rationem communem, quasi abstractam, & precisam à singularibus, sed ipsa immediatè subdivisione & indeterminatè singularia.

XXX.

Differentia vulgari divisione in communem, propriam, & maxime propriam dividitur, & haec iterum duplicititer 1. in eam quæ est diuisua generis, & constitutiva speciei; 2. in genericam specificam & individualē tem: prout vero hoc tertium vniuersale constituit sic communiter definitur: *Id quod pradicatur de pluribus in questione quale est necessario, & essentialiter*: definitum est differentia propriissima secundo intentionaliter sumpta: quod autem porphyrius in sua descriptione, particulas de pluribus specie differentibus addat, ea est ratio, quod subalternam tantum describere cogitauerit, ex cuius descriptione, infimarum deinde differentiarum, praeferim cognitarum, facilis esset descriptio. Generica, & specifica differentia non constituant (ut forte quorundam opinio fert) diversa vniuersalia; Esto enim generica de pluribus specie, & specifica a numero tantum differentiis dicatur, (quod accidentale canuntur, scilicet id) utraque tamen sidem modo id facit, & eosdem terminos formales, & significati suæ predicationis habet, nempe speciem; genera quidem subalternam, specifica vero infimam: quemadmodum ergo unus subalternum, & uniuscum in ratione generis non disforepat, nisi se undum magis & minus, ita etiam generica differentia à specifica in ratio, & differentia essentialiter non diffidet.

XXXI.

XXXL

Quia vero differentiarum triplex prædicatio institui potest, ita ut ei de suis inferioribus prædicens, rationale videlicet de his, & illo ratione, vel de specificis quas essentialiter constituerit, vel id ipsum rationale

nate de homine, vel 3. denique de specierum subiectis, & quod si dicitur
hunc vel illum hominem esse rationalem: ideo diversimode quaque ad
vniuersalitatem se habere possunt: priore enim praedicari de modozione,
tertium, sed secundum vniuersale constituunt: ab hoc vero nullum, cum
speciem tantum per modum vias respiciant: tertio denique hoc tertium
vniuersale efficiunt. Differentias inferiores materialiter spectare in suo
conceptu differentias superiores includunt de quo omnibus prope con-
uenit: difficultas tamen est utrum de iisdem formaliter sumptis id est
sentiendum sit: nos negatitam sententiam amplectimur, ideo quod sicut
differencia diuisiua in suo formaliter, & explicito significato non includit
formale significatum generis, ita etiam inferior differentia formaliter non
involuit differentiam superiorum: tum quia alias male affereret Aristote-
les rem aliquam per genus summum, adiectis tamen omnibus intermedii
differentiis definiri posse; Committeretur enim iugatio & eadem differ-
entia bis formaliter poneretur: tum quia alias differentia qua talis non
esset principium per quod duo inter se different, sed formaliter conueni-
ent, quod absurdum est. Ex quo etiam sequitur quod differentiaz
superiores de inferioribus in sensu formaliter praedicari nequeant, & i. diver-
se sint.

XXXI L

Proprium prout quartum vniuersale, seu praedicabile est, recte de-
scribitur; sed quod praedicatur de pluribus in questione quale est accidentali-
ter, necessario, & conuertibiliter: definitum est proprium secundo inten-
tionaliter sumptum, per vocem necessario & conuertibiliter excludunt
accidentia quinti praedicabilis, per ceteras reliqua tria vniuersalia. Ne
cessitas potro ad proprium requisita duplex est, vna ex parte subiecti, ita
constituti ut necessario requirat tale accidens, propter principium in se
contentum quod tale accidens exigit. ut homo necessario est risibilis ed
quod sit rationalis: altera ex parte praedicati, quando videlicet ipsum ac-
cidens necessario postulat tale subiectum: relictuntur ergo ab hoc prædi-
cibili omnia accidentia quae veramq; necessitatem non participant.

XXXII L

Cum proprium immediate de specie, & mediante illa de ceteris in-
ferioribus dicatur, sciendum est utrumque respectum ad vniuersalitatem,
illius depositi, quia nisi speciem respiceret conuertibiliter non diceretur,
et nisi plures vniuersalia non esset. Quantum vero ad illius difficultatem
atti-